UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XCIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

in defectum ſemiplenæ probationis.c.fin.de iureiur. & d.l.admonendi.cum ſimilibus. ¶ Nō obſtat aliud, quod dicit Paul.Caſtren.in d.conſil.297. in quo dicitur ex aduerſo fieri magnū fundamentū, ꝙ ex quo in hac ſcriptura protocolli nō erat ſcriptum nomē,& ſigillum notarii,nec reperiebatur ſubſcriptio,non potuit protocollum etiā auctoritate iudicis in authenticam formam redigi,niſi parte citata,& cum cauſæ cognitione,ut ponunt doctores in d.c.cū P.& in d.auth. ſi quis in aliquo,& ibi Pau.de Caſtro, Salicet. & Bald. & Ioan.And.Imo.& alii in d.c.cū P.Quia reſpōdetur,
26 † ꝙ quādo agitur de authenticādo protocollū notarii mortui per eum, qui fuit ſubſtitutus, & cui ſcripturæ auctoritate publica commiſſæ fuerunt, tunc nō requiritur citatio, ſed ſufficit ſola ſpecialis auctoritas iudicis,& ꝙ ab eo,cuius intererat,hoc petitū fuerit, quia tunc de publicatione,& authenticatione inſtrumenti,ac eorum, quæ in originali continebantur, ſtatur, & creditur ipſi notario ſubſtituto,ut uoluit Abbas, & ante ipſum do.Cardin.in d.c.cum P.& ibi Felin. in 2. col.qui ſic declarant,& probatur per illū textū, Alex. in d.l.prætor.§.cogentur.ff.de edēdo.Car.in conſi.74. & Cyn.in d.l.contractus.in finalib.uerb. quando uerò unus,uel plures notarii uellent exēplare originale alterius notarii adhuc uiui etiam auctoritate iudicis, tunc tale exemplum fidem nō faceret,niſi citatis iis, quorum intereſt:& ita loquuntur doctores præallegati. Et ratio eſt, quia ſi originale notarii uiui etiam cū auctoritate iudicis à pluribus notariis exemplaretur exemplum illud fidem non faceret, ut in d.c.cum P. & in authen.ſi quis in aliquo.& ibi doctores.Similiter quando peteretur inſtrumētum notarii uiui, uel mortui inſinuari, & publicari in terminis c.fin.de fide inſtrument.& c.cum dilecta.de cōfirmatio.utili,uel inutili,tunc ēt in tali inſinuatione citatio partis,&illius, cuius intereſſe, requireretur:& hoc modo intelligantur ea,quæ uolūt Ioan.And.& alii,quos allegat Abb. & Fel.in d.c. cum P.qui ambo ſic declarant, & benè: & de tali publicatione inſtrumenti, in qua requiritur citatio,loquitur etiam Salicet.poſt alios in d.authen. ſi quis in aliquo. Ceſſat igitur in terminis noſtris fundamentum Pauli de Caſtro in d.conſil.de citatione, quæ non requiritur,quando ſimpliciter agitur de authenticādo protocollum notarii mortui per notariū ſubſtitutum auctoritate iudicis in terminis d. c. cū P. ¶ Alia etiam, quæ conſiderat Alexan.in d. cōſil.153.
27 parum,uel nihil ſtrigunt,quia † licet uerum ſit, quòd ſcheda, ſeu protocollum debeat habere omnia, quæ inſtrumentum publicum habere debet, tamē hoc eſt uerum quoad faciendam de per ſe plenā fidē, & probationem, ut declarant omnes legiſtæ, & canoniſtę in d.l.contractus. & in d.c. cum P.ſed quoad effectū authenticandi protocollū non eſt neceſſe, quòd debeat habere,& continere omnia, quæ inſtrumentum publicum debet continere, de quibus per ſcriben. in d.c.1.& in d.c.cum P.& per Bartolū in d. l.ſi quis.§.ſi
28 initium.ff.de edendo.Immò † ſi ſcheda,ſeu protocollum non haberet nomen notarii mortui,nec ſigillū, nec ſubſcriptionem, nec alia huiuſmodi, poteſt authenticari, & in publicam formam redigi per aliū notarium auctoritate publica ſubſtitutum, de commiſſione tamen ſpeciali ipſius iudicis, cum ſuppletione eorum,quę in protocollo deficiebant, dummodo talia non ſint, quę ſubſtantiam ueritatis concernāt, ut habetur per Frāciſcū Accurſij,Cyn.Bald.Salice.Paul. de caſtro, & alios in d.l.contractus. & Bal.in d.l.fidei commiſſa.§.1.& Abb.in dicto c. cum P. in 1. colum. in finalibus uerbis.¶ Cōſiderandum eſt etiam, quòd
29 † ultra quod Alexan. in d. conſi. 153. loquatur in caſu, in quo notarius mortuus habuiſſet librum protocollorū,ut ſupra,uidetur etiā uelle, ꝙ ea, quę ... refert,& cōcludit, habeāt locū, quando agere... authenticādo originale, ſeu protocollū ultima... tatis,nō autem actus inter uiuos, cū maior ſit... da cautela,& ſolēnitas in ultimis uolūtatibus,... in actibus inter uiuos propter maius periculū... tis,argumēto tex.cū ibi no.in l.hac cōſultiſſima. C. qui teſtamen. face. poſſ.& in l.cū antiquitas... uer.C.de teſtamen.Abb.& alii in c. ſicut.extra de... batio.Cū itaq; nos ſimus in actibus inter uiuos... in ultima uolūtate,ea,quæ Alex.dicit in d.cōſil... poſſunt in caſu noſtro locū habere, ueluti eſt de... te illius ibi in penult. col.in finalib.uerbis,ibi ... mo &c. Plurib. in hac conſultatione uti po... cum amplius ſit campus,ſed his contentus ul... quę ab aliis excellentiſſimis aduocatis ſcripſe... runt, finem dicendi facio. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Teſtes pro uniuerſitate,& ad probādum illius actū, qu... uniuerſitate ſint idonei,& admitti debeant, & qu...*
Et qui de uniuerſitate in teſtes produci debeant,num.13...
Et an aliorum adminiculo indigeant, nec ne,num.12.
2 *Statutum excludens probationem per teſtes non exclud... per quinque, uel ſex teſtes.*
3 *Statutum prohibens negatiuè,prohibitiuè, ac præcep... nem teſtium de uniuerſitate pro ipſa uniuerſitat... to Bononienſi ſub rub. de teſtibus ab uniuerſitat... caſibus non producendis, declaratur.*
4 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*
5 *Statuto,& legi præceptū continenti an renunciari poſſit,... ubi id declaratur.*
6 *Statutum debet intelligi, & reſtringi, ut minus, quàm p... ius commune,& ad terminos illius, quoad poſſit,redu...*
7 *Legis,& ſtatuti diſpoſitio prohibitiua,& negatiua excepti... caſus tantum,poteſt etiam in materia exorbitanti ... ultra exceptos uel ex diſpoſitione aliorum iurium,uel ... tudine rationis comprehendere.*
Nec excludit alios caſus,qui alio modo,et alia uia includi... numer.9.
8 *Lex taxatiuè, & excluſiuè loquens poteſt etiam interpreta... extenſiuam ex diſpoſitione aliorum iurium recipere.*
10 *Diſpoſitioni legis,uel ſtatuti prohibitiuæ, & negatiua ... do poſſit renunciari.*
11 *Statutum quando ſolum in caſibus ab eo exceptis, & ... non in alijs à iure communi exceptis, & comprehen... habeat, & quando ſecus.*

EPITOME.

TESTES idonei an,& quando ſint illi de... tate pro ipſa uniuerſitate.

Et ſtatutū Bononiēſe ſub rubrica de teſtibus ... uerſitate niſi in certis caſibus nō ꝓducēdis, ...

CONSILIVM XCIII.

VIsis dubitationibus ſubtiliſſimè ... uerſitatē fabrorum conſideratis ſu... tione, ſeu productione teſtiū.& ... to ſub rubrica de teſtibus ab uni... niſi in certis caſib. nō producēdis, omiſſis ſup... dico teſtes de uniuerſitate debere de iure rec... bandū, ꝙ ſtatuta,& ordinationes,de qbus agit...
1 in uiridi obſeruātia: Ad qđ dicendū moueor ... mis ꝑ tex.ferè in terminis in c.tertio loco.extra ... bat. ubi ad reprobandū inſtrumētū,ut diceba... ctum ab uniuerſitate ſuꝑ alienatione rerū ... uerſitatis,ſeu cōuentus,quod quidem dicitur ... arduis iuxta ea, quæ habentur in c.non liceat ... iunctis traditis in c.cum Ioannes.extra de fid... ad probādā negatiuā,quæ ſui natura,& ex iur...

ſitione regulariter eſt per teſtes improbabilis, ut in c.
quoniã contra. extra de proba. & in l. actor, quod aſſe
uerat. C. de probat. cum ſi. teſtes de uniuerſitate, & de
conuentu ad fauorem uniuerſitatis, & cõuentus ad-
mittuntur, quia id ab aliis facile probari nõ poterat:
& per illum tex non probatur ſimpliciter illud, quod
habetur in c. inſuper. de teſti. ſed ꝙ in actu facto intra
capitulum, & uniuerſitatem admittũtur teſtes de ca-
pitulo, & uniuerſitate, ex quo ueriſimiliter actus ille
per alios facile probari nõ poterat, cum ex natura fa-
cti alii teſtes ueriſimiliter in huiuſmodi actibus non
interueniãt, ad tradita per do. Ant. & Io. de Imo. in d.
c. tertio loco. in glo. 2. & Dec. ibi, in 2. not. ſecundum
quos ſecus dicendum eſſet, ſi eſſet talis actus, in quo
ex communi uſu, & à communiter accidentibus alii
teſtes facile haberi poſſunt, quamuis caſualiter non
haberentur: ita declarant do. Ant. in conſi. 24. in ulti.
col. Abb. in c. fi. de teſti. cogen. Alex. in conſi. 64. in pe
nul. col. uolu. 1. & in conſi. 152. uiſo proceſſu. in 5. co-
lum. uolum. 5. Et ideò conſiderandum eſt, an alii te-
ſtes communiter haberi poſſint, & tunc teſtes de vni
uerſitate non cenſentur idonei, ſed ſuſpecti pro ipſa
vniuerſitate, an uerò ſimus in caſu neceſſitatis, uideli
cet in actu, qui communiter, & facile ab aliis probari
non poteſt, niſi ab illis de uniuerſitate, argu. l. 2. §. di-
uus. ff. de iure fiſ. & tunc illi de uniuerſitate dicuntur
pro ipſa uniuerſitate teſtes idonei, quando de intereſ
ſe particulari illorum de uniuerſitate principaliter
non agitur, & ita debent declarari iura, hoc eſt tex. in
d. c. inſuper. & in c. cum nuncius. cum ſimi. de teſtib.
quæ ſimpliciter uidentur uelle admittere teſtes de u-
niuerſitate pro ipſa uniuerſitate. Et poſito uerum eſ-
ſe, ꝙ teſtes de uniuerſitate ſimpliciter, & omni caſu
de iure pro uniuerſitate admitterentur, per iura pro-
ximè alleg. vt uidentur uelle doct. magis communi-
ter in d. c. inſuper. & in d. c. cum nuncius. tamen hoc
debet intelligi quoad faciendum aliqualem fidẽ, ſed
non plenam, quia ſimpliciter, & regulariter tales nõ
dñr teſtes integri, nec omni exceptione maiores. Ar-
chid. in c. de prudentia. 14. q. 2. Anto. in d. c. cum nun-
cius. & Alex. in conſi. 43. uiſis, & ponderatis. in 7. col.
uolum. 4. niſi eſſemus in iis, quæ communiter, & diffi
culter per alios probari non poſſent, ut ſunt ea, quæ
ſecretè fiunt inter eos de uniuerſitate, ad quæ proban
dum illi de uniuerſitate tanquam integri, & idonei
teſtes etiam ad plenam fidem faciendam admitterẽ-
tur, etiam ſi ageretur de probando id, quod aliàs re-
gulariter, & de iure non dicitur probabile, ut quãdo
quis uellet negatiuam probare, ſeu inſtrumentũ ali-
quod reprobare, ut in d. c. tertio loco. & ibi Deci. in
terminis, in glo. 2. per text. etiam in c. ueniens. il 2. de
teſtib. quia huiuſmodi teſtes melius ſcire poſſunt, &
præſumuntur, quàm alii d. c. de prudentia. & ideò a-
liis in talibus caſibus præferuntur. c. quoties. & ibi Ab
bas de teſtib. & l. quoties. ibiq; Bar. C. de naufrag. lib.
11. Item ſecundum Dec. in d. c. tertio loco. illi de uni
uerſitate etiam, quando principaliter non tractatur
de intereſſe ſuo particulari, ſed uniuerſitatis, non cen
ſentur integri, nec idonei teſtes, quãdo duo tantum
producerentur, ſed ſi plures producerentur, ut quin-
que, uel ſex, tunc dicerentur integri, & plenè proba-
rent, ut uoluit Inno. in d. c. cum nuncius. Alex. in con
ſi. 99. uiſis proceſſibus. in 5. colum. uolu. 5. & Deci. in
d. c. tertio loco. in d. glo. 2. & benè ad propoſitum in-
ſeruiunt ea, quæ habentur in c. ſicut conſuetudo. ex-
2 tra de probat. † dum doctores loquuntur de ſtatuto
prohibente probationem fieri per teſtes, nam ſecun
dum doc. communiter non dicentur excluſi quinq;,
uel ſex teſtes, quia probationum materia non eſt co-
anguſtanda. l. quoniam. in fine. C. de hæreticis. & Ro
man. in ſing. 391. per l. teſtium. §. 1. C. de teſti. & per
alia plura, quæ in indiuiduo adducunt doctores com
muniter, & maximè Dec. in d. c. ſicut conſuetudo.
¶ Ex quibus multiplex, & uera colligitur reſponſio
ad ſtatutum præallegatum ſub rubrica de teſtib. ab
3 uniuerſitate &c. nam † illud primo debet intelligi,
quando unus, uel duo, aut tres, ſeu quatuor teſtes tan
tum producerentur, ſecus ſi quinque, ſex, aut plu-
res: & ita in indiuiduo doctores omnes communi-
ter intelligunt ſtatuta omnia ſimpliciter prohiben-
tia probationem teſtium, ut in d. c. ſicut conſuetudo.
Secundo reſponderi poteſt ex prædictis, quando pro
ducerentur teſtes de uniuerſitate pro vniuerſitate ad
probandum indifferenter ea, quæ communiter, &
ueriſimiliter etiam ab aliis probari poſſunt, quia
tunc tales non eſſent teſtes integri, ſeu idonei, ſecus
ſi eſſemus in iis, quæ ueriſimiliter, & communiter
ab aliis ſciri non poſſunt, qualia ſunt ea, quæ ſecre-
tè inter illos de uniuerſitate fiunt in loco uniuerſita-
tis, aliis perſonis remotis, ueluti expreſsè probatur
ex text. in dicto cap. tertio loco. iunctis iis, quæ uo-
luit ibi Decius poſt alios. ¶ Ex prædictis etiam tolli-
tur, ſi diceretur, quòd illud ſtatutum iu rubro, & ni-
gro loquitur prohibitiuè, & negatiuè, ergo totaliter
excludit probationem teſtium de uniuerſitate, præ-
ter quam in caſibus à ſtatuto exceptis, inter quos ca
ſus noſter non comprehenditur, & ideò ſeruanda e-
rit regularis diſpoſitio ſtatuti, quòd teſtes de uniuer-
4 ſitate non poſſint admitti, † quoniam exceptio fir-
mat regulam in caſibus non exceptis. l. quæſitum. §.
finali. ff. de fundo inſtructo. l. cum prætor. ff. de iudi.
5 & l. maritus. C. de procuratoribus. Item † cum ſta-
tutum loquatur prohibitiuè, & conſequenter præ-
ceptum continere dicatur, illi non poteſt renuncia-
ri. l. non dubium. C. de legibus. & Iaſ. in rub. Inſtitu.
de actio. nume. 21. per notata per Baldum in l. fin. in
14. appoſitio. C. de edicto diui Adria. tollen. Quia
ad hæc reſpondendo primo dici poteſt, contrarium
probari in dicto cap. tertio loco. ubi in materia pro-
hibitiua, & exorbitanti teſtes de uniuerſitate poſ-
ſunt ad uniuerſitatis fauorem teſtificari ſuper iis, quę
facilè, & communiter ab aliis probari non poſſunt,
ut ſupra. Secundo dico contrarium eſſe de mente do
ctorum in d. c. ſicut conſuetudo. qui loquuntur ex-
preſsè, quando ſtatutum nõ admitteret, ſed prohibe-
ret prohibitionem teſtium, & tamen docto. omnes
communiter volunt, ꝙ quinque, ſex, vel plures teſtes
admitti poſſint, per tex. in d. c. ſicut conſuetudo. & in
dicto cap. tertio loco. & ideò neceſſe eſt dicere illud,
quod generaliter dicitur de quibuſcunque ſtatutis, ꝙ
6 † ſtatutum illud debet intelligi, & reſtringi, ut minus
quàm fieri poſſit, lædat ius cõmune, & magis, quàm
poſſit, ad terminos iuris communis reducatur, dum
modo aliquid addat, & diſponat vltra ius commune,
ſed non in totum illud tollat per ea, quæ habẽtur per
Barto. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iure. per An
tonium de Butr. & omnes in cap. cum dilectus. extra
de conſuetud. l. ſerui ueſtri. C. de noxal. & latè per do-
ctores maximè Alexand. in l. finali. §. in computatio
ne. C. de iure deliberan. & argumen. tex. in cap. cum
expediat. de electio. in 6. in l. unica. C. de inoffic. dot.
& l. ſi quando. in princip. C. de inofficio. teſtamen. &
in capitu. cauſam, quæ. extra de reſcript. cum multis
aliis, quæ ad propoſitum adduci poſſent: & hoc præ-
ſertim dicendum uidetur in terminis huius ſtatuti
prohibentis prohibitionem teſtium de uniuerſitate
pro ipſa uniuerſitate, quoniam materia probatio-
num non eſt anguſtanda, ſed potius amplianda di
cta l. quoniam. in fine. C. de hęreticis. & ideò ſatis e-
rit intelligere illud ſtatutum in caſu, quo aliter, ſeu

per alios teſtes communiter, & ueriſimiliter quid
probari poſſet, quamuis euenerit caſus, ꝙ per alios
probari non poſſit, ſecus ſi eſſet talis actus, qui ſui na
tura, & communiter non poſſet, niſi per illos de uni-
uerſitate probari, ut eſt caſus noſter: Item & ſecun-
do intelligetur, quando probatio fieret per duos, aut
tres teſtes, ſecus ſi per quinque, aut plures per prædi-
cta. ¶Nec obſtat, quòd ſtatutum excipiat aliquos ca
ſus, & loquatur negatiuè, quia reſpondetur, quòd
7 † etiam diſpoſitio legis, uel ſtatuti prohibitiua, & ne-
gatiua, quæ aliquos caſus tantum excipit, ut in rubro
& nigro, ut lite non conteſtata, ubi teſtes recipi, & a-
lię probationes fieri ante litem conteſtatam prohibē
tur, niſi in aliquibus caſibus, de quibus habetur in c.
quoniam frequenter. ut li. non conteſt. non excludit
alios caſus ſimiles, ſed etiam ultra exceptos alios cō
prehendere poteſt ex diſpoſitione aliarum legum, &
ex ſimilitudine rationis, quamuis ſimus in materia
prohibitiua, & exorbitanti, ut eſt text. ibique Abb. &
omnes in c. cum dilecta. de confirm. utili, uel inutili.
quem docto. omnes tam legiſtæ, quàm canoniſtæ ad
8 hoc ponderant. Præterea † non eſt inconueniens, ꝙ
lex etiam taxatiuè, & excluſiuè loquens interpretatio
nem extenſiuam ex diſpoſitione aliorum iurium re-
cipiat, ut in l. ſciendum. ibique glo. in prin. ff. qui ſatiſ
da. cog. & habetur latè per Bar. & alios communiter
in l. ſi conſtante. in 7. colum. ff. ſolu. matr. ibi, circa ſe
9 cundum &c. Rurſus † licet aliqui caſus in ſtatuto ex-
primantur, & excipiantur, tamen non excluduntur
alii caſus, qui alio modo, & alia uia de iure includi
poſſunt, ita uoluit Salic. in l. de crimine. in 2. oppoſit.
per glo. ibi. C qui accuſa. non poſſ. ubi ſic limitat tex.
in d. l. cum prætor. cum ſimi. & in indiuiduo ita in ſta
tuto uoluit Deci. in conſi. 110. in 2. colum. Quamuis
igitur ſtatutum in terminis noſtris loquatur negati-
uè, & à regula negatiua certos caſus excipiat, ob hoc
tamen non excluduntur alii caſus, qui alio modo, &
alia uia includi poſſunt, ut quando eſſemus in caſu,
qui duntaxat inter illos de uniuerſitate, aliis ſemo-
tis, fieri ſolet per tex. in d. c. tertio loco. cum aliis ſu-
pra allegatis. item quando probatio fieret per quin-
que, uel ſex teſtes, quæ probatio nunquam cenſetur
excluſa, ut fatentur omnes per d. l. teſtium. & habetur
in dicto c. tertio loco. & hoc ex eo, quia probationū
materia eſt minus, quàm poſſit, reſtringenda. d. l. quo
niam. ¶ An autem in caſu noſtro per partes poſſit
huic ſtatuto renunciari, ex quo in rubro, & nigro lo-
quitur negatiuè, iuxta ea, quæ habentur in rubri. C.
ne fideiuſſ. dot. den. per glo. & in authen. ut ſine pro-
hib. mat. debit. non eſt præſentis ſpeculationis, non
enim teſtes petuntur admitti, propterea quod partes
conſenſerint, aut illi ſtatuto renunciauerint, ſed quia
de iure dicitur illos poſſe admitti, non obſtante di-
ſpoſitione dicti ſtatuti ex diſpoſitione aliorum iu-
rium, ut dictum fuit: Et ſi ueniret diſcutiendum, an
10 † illi ſtatuto per partes poſſet tacitè, uel expreſsè re-
nunciari, crederem omninò, quod poſſet, quamuis
materia eſſet negatiua, ut probatur in l. ſi quis in con
ſcribendo. C. de pactis. niſi talis diſpoſitio prohibiti-
ua, & negatiua perpetuam prohibitionis cauſam ha-
beret, ut in l. non dubium. cum ibi not. C. de legibus.
vel eſſet introducta principaliter in fauorem publi-
cum. cap. ſi diligenti. de foro competen. Secus ſi prin
cipaliter in fauorem priuatum, ut ibi not. & c. ſignifi-
caſti. de foro competen. & not. per glo. per illum tex.
in clemen. ſæpe. circa finem. de verbo. ſignifi. & pro-
batur in l. 1. §. ſed ſi prætor. ibique docto. ff. de feriis.
¶Nec prædictis debet obſtare id, quod uoluit Bal.
in d. l. 1. §. excipiuntur. in fi. verb. ff. de fer. quia primo
11 ipſe loquitur, † quando ſtatutum non eſſet correcto-
rium, ſed diſponeret idem, quod ius commu[...]
tuendo ſuper feriis, & excipiendo aliquos ca[...]
non omnes illos, qui à iure communi excip[...]
nam tunc ſtatutum ſolum in caſibus ſuis exc[...]
cum habere dicetur, & non in aliis à iure co[...]
exceptis, & rō eſt, quia ſi oēs caſus à iure cōm[...]
cepti ultra caſus ſtatuti cēſerentur ab ipſo ſta[...]
cepti, profectò ſtatutum nihil ultra ius cōe op[...]
ceretur, & ſic eſſet quodam modo ſuperflu[...]
ſtratorium, quod non eſt dicendum. l. ſi qua[...]
de inoff. teſta. in prin. & habetur plenè in c. 1. [...]
Sed in caſu noſtro hæc interpretatio fieri de[...]
tra caſus à ſtatuto exceptos dicantur ēt excep[...]
ſus ex diſpōne iuris, & ex aliqua rōne partic[...]
ſupra dictum fuit, tum quoniam ſic minus d[...]
ri communi præiudicari, prout ſemper dic[...]
c. cum expediat. de elect. in 6. & l. unica. C. de[...]
dot. tum quia ſic intelligēdo ſtatutum in ca[...]
aliquid ultra ius commune induceret, & no[...]
perfluum. nam regulariter teſtes de vniuer[...]
eſſent pro uniuerſitate recipiendi, niſi in ca[...]
tuto exceptis, & in caſibus, de quibus ſupra d[...]
tum ēt quia ſic intelligendo res ad termino[...]
munis reducitur, nam cum ſtatutum eſſet c[...]
rium iuris cōmunis, debet ita intelligi, ut[...]
præiudicet, & magis, quàm poſſit, ad iu[...]
reducatur. l. ſi unus. §. pactus. uerſi. quoti[...]
& c. cum dilectus. ibiq; doct. de conſue. [...]
tat Bar. in l. legata inutiliter. in fi. uer. ff. de [...]
obſtāt, quia ipſe loquitur, quando plura c[...]
ſent propoſita, & ex illis aliqua fuiſſent rec[...]
probata, nam tunc alia uidentur reiecta, &[...]
ta: Secus ipſe ſentit, quando nō fuiſſent plu[...]
ſita, quorum aliqua fuiſſent approbata, ſed [...]
ter aliqua fuiſſent recepta, & diſpoſita, nam [...]
ſimilia non dicerētur reprobata, ut ibi per [...]
in caſu ſtatuti, de quo agitur, non ſunt in ipſo [...]
propoſita plura, & ex illis non ſunt aliqua ap[...]
ta, ſed ſimpliciter ſtatutum à regula negatiua [...]
ta quædam excipit, ergo propter hoc alia ſimi[...]
alia à iure communi diſpoſita non debent di[...]
ſa, & maximè, cū ſtatutum, de quo agitur, ſit [...]
tans, & iuris cōis correctorium, per prædicta [...]
tur expreſsè per Abb. in d. c. quoniam frequ[...]
li. non conteſt. & in d. c. cum dilecta. & per [...]
ſerui. ff. de uſucap. qui optimè loquitur, ex [...]
bis, ac etiam ex prædictis poteſt reſponde[...]
uoluit Ang. in conſi. 222. ad fi. quoniam [...]
ti exorbitantis, & correctorii cenſetur iſta [...]
cludat caſus ſimiles, & alios à iure expreſſ[...]
ctum, ut minus deroget iuri communi, ill[...]
nus corrigat. d. c. cum expediat. cum ſim. ¶[...]
12 tur uerum, ꝙ † teſtes de vniuerſitate ſimpl[...]
dicantur integri, niſi aliorum adminiculo [...]
probati, immò quādo ſumus in iis, quæ ſol[...]
illos de uniuerſitate fieri ſolent, & non agi[...]
ticulari ipſorum teſtium utilitate, tunc dic[...]
ſe idonei, ut eſt tex. in d. cap. tertio loco. & in [...]
& ſi Chriſtus. & ita declarant docto. maxim[...]
in dicto cap. tertio loco. in gloſſ. 2. Et ea, qu[...]
Archidiaco. in dicto capit. ſuper prudentia. [...]
ſtio. 2. & ſequitur Ioan. Andr. in additio. in [...]
ſte. cum aliis multis, quæ in dubiis datis alle[...]
procedunt, quando eſſemus in caſibus, in qu[...]
teſtes veriſimiliter, & communiter interue[...]
lent, quamuis in caſu, de quo agebatur, non [...]
nerint, ut ſupra dixi, & habetur per Decium [...]
tertio loco. qui eſt omninò uidēdus, cæteris [...]
non tantæ auctoritatis reiectis; & ita uolunt [...]
d. c. inſuper. & Imol. in d. c. cum nuncius. [...]

ſumus in ijs, quæ ſolum inter illos de uniuerſitate fieri ſolent, & ꝯñr q̄ ab alijs ueriſimiliter ſciri nō poſsūt, ut fuit articulatum, & probabitur, ſi dn̄s iudex teſtes admittet, prout admittere debet, ergo &c. Et † ad probandum articulos productos pro parte uniuerſitatis producentur teſtes de uniuerſitate, qui cauſam nō ſollicitant, nec alij, qui de iure excluduntur, iuxta no. per Bald. in d.c. tertio loco, & hr̄ in d.c. inſuper, & in c.fi. de teſtibus in 6. ¶Nō obſtat quartū principale, quod contra uniuerſitatem ad repellendū eius teſtes adducebatur, quia † ad probandum articulos ſuos nō producentur illi, qui ad cauſam affectionē habeant, quales ſunt ſolicitatores, ſyndici, & illi, qui curā uniuerſitatis habent, ſed alij iuxta ea, quæ hn̄r in d.c. tertio loco, & in d.c. inſuper, cum ſimilibus. Nec eſt uerū, ꝙ in hac cauſa agatur de magno honore, ſeu de magna iuriſdictione, immo agitur de re minima, & de uili negotio tum rōne perſonarum, tum rōne utilitatis, agitur.n. ut uolentes exercere artem figulorū teneātur certum quid ſoluere vniuerſitati fabrorū, quod vulgo appellatur *la obedientia*. Nec eſt uerum, ꝙ agatur, vt vniuerſitas figulorum, nec de iure etiam eſſe, ſeu erigi pōt, ut per totū, ff. de colleg. illici. maximè in l.fi. ¶Et ex prædictis rn̄detur etiā ultimo fundamēto cōtra vniuerſitatem fabrorum deducto, nā cauſa, q̄ pendet, non dr̄ ardua, q̄ criminali æquiparetur, iuxta ea, q̄ hn̄r in c. frequens, de reſti. ſpol. in 6. ueluti eſt cauſa omniū bonorum, uel maioris partis, ut eſt ibi tex. nec etiam agitur de ſubiectione vnius vniuerſitatis alteri, ſed ſolum ꝙ uolentes exercere artem figulorum teneantur ſoluere certum quid, & ſeruare ſtatuta, quæ pro publica utilitate ciuitatis facta fuerunt. Et ex his iudicio meo remanēt reſoluta ea, quæ ꝯ vniuerſitatē fabrorū facere videbanť. Reliqua in iur̄ ſuppleat excellētiſſimus dn̄s iudex. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Teſtes deponentes per eademmet uerba non probant, & ſubornati præſumuntur.*

Et quando hoc ſit uerum, & quando non, nu. 12.

Teſtes ſingulares in dictis ſuis non probant.

Quod limitatur num. 13.

In poſſeſſorio iudicio ille obtinebit, qui per maiorem numerum teſtium ſuam poſſeſſionem probat.

Et quomodo hoc ſit uerum, nu. 14.

4 *Teſtes in probanda poſſeſſione certi temporis deponentes unus de maiori, et alius de minori tpe cōcordes in minori eſſe dicuntur.*

5 *Sententia eſt iuſtus titulus ad tranſlationem dominij.*

6 *In iudicio poſſeſſorio probatio poßeſſionis, & tituli præfertur probationi ſolius poßeſſionis.*

Quod limitatur nu. 11. & declaratur nu. 19.

7 *Teſtes deponentes in ſpecie ſunt præferendi teſtibus in genere deponentibus.*

8 *Poßeſſio probatur ex actu locationis, & perceptionis fructuum, ac mercedis.*

9 *Poſſeſſio quomodo dicatur probari, & nu. 10.*

10 *Poſſeſſio retinetur per ſaltuarios, & colonos rem nomine meo cuſtodientes, & detinentes.*

11 *Poſſeſſionem antiquiorem probans obtinet in iudicio poſſeßorio, quamuis alius iuniorem cum titulo, ſed poſt illam antiquiorem acquiſito probaret.*

3 *In poſſeſſorijs ad probandam poſſeſſionē rerū corporaliū admittuntur teſtes ſingulares de diuerſis actibus poſſeſſorijs deponentes.*

15 *Teſtis deponens in cauſa propria, & ex qua commodum, & incommodum percipere poteſt, non eſt idoneus.*

16 *Teſtes idonei non ſunt illi de uniuerſitate in cauſa uniuerſitatis, quæ commodum, et incommodum ſingulorum de uniuerſitate concernit.*

17 *Poſſeſſio iunior non præſumitur iniuſta, nec clandeſtina, & antiquiorem aliorum poſſeſſionem interrumpit, quando ea proceſſit ſcientibus, & patientibus antiquioribus poßeſſoribus.*

18 *Teſtes ſummariè, & in iudicio ſummario examinati fidem etiam inter eaſdem perſonas, & ſuper eadem cauſa in alia inſtantia non faciunt, niſi iterum examinentur.*

EPITOME.

Teſtes qui in iudicio poſſeſſorio melius, & qūo poſſeſſionē probauerint, & qui ſint p̄ferēdi declarať.

CONSILIVM XCIIII.

VISIS capitulis, & atteſtationibus utriuſque partis, nec non ſententijs latis ſuper litibus, & cauſis inter homines villæ Albareti ex una, & homines vallis Gottaræ ex altera uerſis, & uertentibus, uidetur de iure iudicandum eſſe ad fauorem hominum vallis Gottaræ, præſuppoſito, ꝙ Illuſtris dominus Scipio Fliſcus poſſit iterum de hac cauſa inter dictos homines cognoſcere, & iudicare, & ſentētiam ſuam anno pręterito latā reformare, atq; corrigere ex arbitrio ſibi in ſententia reſeruato. Et in primis, quia teſtes pro parte hominum villæ Albareti agentium non probant eorum intentionem, nec ipſis teſtibus eſt fides adhiben-
1 da, † quoniam ut ex illorum depoſitionibus colligitur, ipſi per eademmet uerba, & ſic per uerba præmeditata depoſuerunt, quo fit, ut non probent, nec illis fides ſit adhibenda, quia ſubornati præſumūtur, l.3. & ibi Bar. in §. ideoq;, uerſi. nota, ꝙ ſi teſtes, ff. de teſtibus. Secundo quia teſtes hominum villæ Albareti vidētur ſingulares, nam vnus deponit de vno actu poſſeſſorio, alius de alio, & vnus de vno tēpore, & alius
2 de alio, & † teſtes ſingulares in dictis ſuis nō probāt ad tradita per ſcriben. in c. cum dilecti, in ulti. glo. de accuſa. & habetur etiam per Bal. & alios in l. teſtium, C. de teſtibus, & per Moder. in l. admonēdi, col. 181. de iureiuran. & gl. in c. nihilominus, 3.q.9. Tertio, q̄a pro parte hominum vallis Gottaræ fuerunt examinati plures teſtes ad probandum poſſeſſionem hominū, ſeu vniuerſitatis vallis Gottaræ, qui teſtes plures ſunt numero, quàm teſtes pro parte hominum villæ Albareti examinati. Et † in poſſeſſorio iudicio quan-
3 do utraq; pars ſuam poſſeſſionem per teſtes probat, illa pars debet obtinere, quæ per maiorem numerū teſtium probat, ut uoluit Bar. in l. ſi duo, in prin. ff. uti poſſidet. & in l.1. C. eo. tit. & habetur per canoniſtas poſt Abb. & Anto. in c. licet cauſam, extra de probat. Et ꝙ ſimus in iudicio poſſeſſorio, & de ſola poſſeſſione agatur ex tenore capitulorum in uim petitionis productorum pro parte hominū villæ Albareti agentium, in quibus dicitur, & narratur ſolum, ꝙ ipſi tenuerunt, & poſſederunt. Et quamuis inter teſtes hominum vallis Gottaræ aliqui deponant de maiori tempore, & aliqui de minore, tamen in minori con-
4 cordes eſſe dicuntur, quia † ad probandam poſſeſſionem certi temporis per teſtes ſi vnus de maiori, & alius de minori tēpore deponat, dicuntur eſſe in minori concordes, ut uoluit Paul. de Leaza. in ſua diſputat. incip. Contra inſtrumentum debiti, Specul. in tit. de teſte, §. poſtquam in uerſi. quid ſi plures, Bald. in l.1. circa ult. col. C. de teſt. & Ioan. de Imo. in l. inter pares, ff. de re iudica. ¶Vltimo uidetur, ꝙ homines vallis Gottaræ debeant obtinere, quia ultra ꝙ per teſtes probēt eorum poſſeſſionem, ipſi etiam titulum probant per productionem ſententiarum diuerſis temporibus inter ipſas partes latarum ad fauorē hominū
5 vallis Gottaræ, quia † ſn̄ia eſt iuſtus titulus ad translationem dominij, l. iulianus, ff. de condict. indeb. & facit gl. in l. non eſt, C. famil. herciſc. & gl. in §. fi. Inſtit. de officio iudic. Bar. & Alexan. in l. Pomponius, §. ſi
6 iuſſu, ff. de acquirend. poſſeſſ. Et † ubicunque in iudicio poſſeſſorio vna pars probat per teſtes ſolā poſſeſ-